modis sive cautellis que tam ex iure scripto vel ex consuetudinibus iu-
rium scriptarum in se complectentur et continent moribus comprobatis in au-
xilium et consilium contra reum pro se patrocinari non subterfugium in eunctis
quippe contra illos et aliis remediis motione appellatione arrestis
praescriptionibus prorogatione evasione ac aliis omnibus ad quas tam
et aliis quibuscunque omnibus ipse iuribus tam ille et suis beneficiis renunciando
et abdicando. Quod ut firmatum est.

Actum in Castro Praemisliensi fe-

ria Tertia post festum Sacri Pentecostes proxima Anno Domini Mille-
1/11. simo Quingentesimo Sexagesimo Nono. Coram officio et Actis.

Castellanus Praemislien[sis] quietat Leopolien[sem]

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Praemislien[sibus]
Magnificus Stanislaus Drohoiowski a Drohoiow Castellanus Praemislien[sis] a tribus
Pallatinatibus Districtibus iuribusque omnibus quibusuis propriis fororumque compe-
tentia recedendo et fuit iurisdictioni Castren[si] Praemislien[si] subiiciendo et incorporando
sanus mente et corpore existens publice palam atque expresse recognouit. Quia
a Magnifico Stanislao Herborth de Fulsztin Castellano Leopolien[si] Sam-
borien[si] Capitaneo Summam duorum Millium florenorum pecuniae ad rationem Summae Qua-
tuor Millium florenorum pecuniae sibi pro duabus ratis Actis praesentibus Castren[sibus]
Praemislien[sibus] inscriptae resp[e]ctu posterioris ratae sibi in vigilia festi
Sancti Joannis Baptistae proxime venturo circa Acta praesentia solui obligatam
recepit effectualiterque numerauit et numeratam ad se tullit Ratione cuius
Summae praefatae per se realiter perceptae eundem Magnificum Castellanum Leopo-
lien[sem] et eius successores quietat et absoluit quietatumque et absolutum
pronunciauit et pronunciat perpetuis temporibus. Inscriptionem quoque iuribus praescri-
ptionem lucrorum et perlucrorum ex ipsa inscriptione emergentium cassauit et
in nihilum contullit praesentibusque cassat mortificat et in nihilum
confert perpetuis et aeternis temporibus quod ut firmatum est.

Actum in Castro Praemisliensi feria

quinta post festum Sacri Pentecostes proxima Anno Domini Millesimo Quingentesi-
mo Sexagesimo Nono. Coram Generoso Joanne Thoma Drohoiowski a Drohoiow 1039
Capitaneo Praemislien[si] Dobrogostio Zapolski Notario Officioque et Actis. 11/11.

Castellanus Leopolien[sis] Skalski

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Praemislien[sibus].
Magnificus Stanislaus Herborth de Fulsztin Castellanus Leopolien[sis] Ca-
pitaneus Samborien[sis]. Actis Pallatinatibus Districtibus iuribusque omnibus qui-
busuis propriis fororumque competentiae recedendo fuit et iurisdictioni Castren[si] Praemi-
slien[si] subiiciendo et incorporando sanus mente et corpore existens publice pa-
lam ac expresse recognouit. Quia Nobili Alberto Skalski et eius
legitimis successoribus tenetur et est debitus certi veri et liquidi debiti sum-
ma atque pecuniae Quingentos florenos pecuniae monetae Polonicalis, dare soluere
reponere et in effectu complere in Crastino festi Conuersionis Sancti Pauli
Apostoli proxime venturo quod si Summam praedictam pro tempore sibi assi-
gnato non soluerit aut nequaquam soluere neglexerit extunc dedit ac tribuit
eidem Alberto Skalski et eius successoribus dare et libere admittere rea-
lem introitum et actualem pacificamque possessionem in totam et integram sortem villae
Sthupnica ab eodem nequaquam arcendum per Minorem terram Russiae
Generosum quemquamque sub vadio similis Summae Quingentorum florenorum pecuniae et va-
dio illo reali introimissione et actuali pacificaque possessione per ipsum Albertum
Skalski et eius successores bona praedicta in Summa praefata Quingentorum florenorum
pecuniae habenda tenenda fruenda ac pacifice possidenda cum omni iure dominio ac proprieta-
te et cum omnibus eorundem bonorum attinentiis pertinentiis fructibus censibus prouentibus
atque quarumcunque uniuersis utilitatibus nihil penitus in bonis praefatis ex ipsis
neque reseruando et ab acceptatione possessionis ad festum Natiuitatis Christi
proxime et in effectu ipsum exemptionem ad aliud simile festum et sic a
Natiuitate ad Natiuitatem Domini usque ad exemptionem mox cursum Terrae